



IN ARTEM DICENDI ET DISSERENDI,

REVERENDI CLARISSIMIQUE VIRI

DN. D. CVNRADI ASLACI BERGEN-
SIS, S. S. THEOLOGIAE IN ACAD. REGIA, QVAE HAFNIÆ
est, Professoris ordinarii, & pro tempore Rectoris Magnifici,
Collegæ sui desideratissimi.

Hendecasyllabum

O L A I V V O R M I L.

DVM CVNRAD EPIAM instruis iuventam
Atque ARTEM renovando Disserendi
Dicendique doces politiore
Discendi Methodo, simulque linguam
Agrestem modulos sonare doctos
Selectosque facis nouo libello:
Quotquot sunt hominum politiorum,
Quotquot sunt hominum disertiorum,
Laudabunt bene comptulum libellum,
Autorem quoque comptuli libelli.

Quicquid Tullius ore suauiore,
Quicquid Graia Venus rotundiore
Verborum tulit, infidet libello
Huic docto, titulo superbior
Haudquaquam tumido, ast reapse clare
Verbis, ordine, dogmarumque luce.

Vino vendibili foris corymbos
Qui suspendit, opus minus decorum
Factitare volunt vetustiores:
Sic doctum, nitidumque ratione
Dicendi varia, tuum libellum
Si iam Sirmate longiore vellem
Laudatum; monitis vetustiorum,
Aures haud patulas darem, recoctis.

Ast hunc perge auida manu iuuentus
Vltro voluere, nec tibi labori
Parcendum reputa, simulque nostrum
ASLACVM precibus tuis reserua,
Vt det plura subinde gratiora:
Vt det plura subinde rariora,
Voluas hæc auida manu iuuentus.

TABVLA